Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25959
Copyright: Admont, Benediktinerstift



ERUNT SIGNA IN SOLE. LUNA ET STELLIS. Et in terris pressura gentium per confusionem sonitus maris et fluctuum. arescentibus hominibus pre timore et expectatione que superueniet universo orbi.

grauals et

O MELIA LECTIONIS DE EO. QUIA MAGNUS VALDE ET terribilis dies extremi superueniet examinis. misericors ac miserator dominus ipsum nobis die signis prenuntiauit cuidentibus. erunt inquiens signa in sole et luna et stellis. Signa que uentura nobis ipsa predixit ueritas. magna ex parte euasisse nam iam meminit etas. Sed aliud quod magnum ualde et eminens per hec nobis signa innuit. que in sole. luna et stellis uentura predixit. Homine quippe solis seipsum sol iustitie designat. qui omnem hominem in hunc mundum uenientem illuminat. In ipso eterni sole humani scilicet generis redeptorem. signa noue facta sunt admirationis. dum obediens usque ad mortem factus est, pro nobis. Signa hec in qua magne et admirande salutis uulnera crucifixi et lancetati sunt redeptoris. quando appensus in patibulo crucis. cornua clauorum prendit in manibus suis. His, perfecto signis quasi solis percussa speculo. mors absorpta est in victoria. Inde satis congruo ordine. signa in luna et stellis sunt enumerata. Nam quod hoc in loco per luna retetur. qua sponsam agni. scam uidelicet ecclesiam accipimus. Quod uero per stellas. nisi aplici splendoris intelligenda est claritas. Luna etenim eum per semetipsam splendorem non habeat. sol quam radio ea sue illustrat. Sic nimirum sol ille qui nescit occasum. desiderantissimo uultus sui lumine. tenebras totum illustrauit ecclesie.

claritatem

Sed quia eleuandus erat sol ille. et luna stare oportuit in ordine suo. talibus ea stellis adornat uoluit. que in medio nationis prauae lucentes retinebat. aliquando splendorem suum nescientes. et quarum illuminatione ad lucem uera que a pe est qua plurimi peuenerunt. Et has enim stellas ut per